



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

VIII. Christus Dominus concipitur de B. Virgine, ex Spiritu sancto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



## CAPVT VIII.

Christus Dominus concipitur de B. Virgine ex  
Spiritu sancto, angelo id illi an-  
nunciante.

**F**IGURAE. Exod. 3. 2. Apparuit q̄ ei Domi-  
nus in flamma ignis de medio rubi; & videbat  
quod rubus arderet, & non combureretur. plura ca-  
pit. 4. memb. 3.

PROPHETIAE. Psal. 18. 6. In sole posuit ta-  
bernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens  
de thalamo suo. Psalm. 70. 6. In te confirmatus sum  
in utero: de ventre matris meae tu es protector meus.  
Psal. 84. 10. 11. 12. 13. Veruntamen prope timentes  
eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra. Mis-  
ericordia. & veritas obuiauerunt sibi; iustitia & pro-  
fusa sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia  
de caelo prospexit. Etenim Dominus dabit benignita-  
tem; & terra nostra dabit fructum suum. Prou. 30.  
18. 19. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus  
ignoro. Viam aquile in caelo, viam colubri super pe-  
tram, viam nauis in medio mari, & viam viri in  
adolescentia. Isai. 7. 14. Propter hoc dabit Domi-  
nus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & pariet  
filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Ibid.  
8. 3. Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit  
filium. Et dixit Dominus ad me, voca nomen  
men eius, Accelera spolia detrahere: Festina pro-  
duri, Ibidem capit. 11. 1. 2. Et egredietur virgo



de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini; spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis. Ibidem capit. 45. 8. Rorate cali desuper, & nubes pluant iustum: aperiatu'r terra & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum. Capit. 53. 1. Quis credidit auidui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Vers. 8. De angustia, & de iudicio sublatus est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra uiuentium, propter scelus populi mei percussus eum. Jerem. 31. 22. Usquequo delitijs dissoluèris filia uaga? quia creauit Dominus nouum super terram. Femina circumdabit uirum. Ezechiel. 44. 1. 2. 3. Et conuertit me ad uiam porta sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & erat clausa. Et dixit Dominus ad me: porta hac clausa erit, non aperietur & uir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Deo, per uiam porta vestibuli ingredietur, & per uiam eius egredietur.

VERITAS. Ioannis. 1. 14. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis; & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre plenum gratia & ueritatis. Matthæi. 1. 20. Hac autem eo cogitante, ecce Angelus Domini  
appa



apparuit in somnis ei dicens : Ioseph fili David, noli  
timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim  
in ea natum est, de Spiritu sancto est. Luc. 1. 26. 27.  
28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. In mense au-  
tem sexto, missus est Angelus Gabriel a Deo in ciui-  
tatem Galilea, cui nomen Nazareth, ad virginem  
desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo  
David, & nomen virginis Maria. Et ingressus An-  
gelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum  
benedicta tu in mulieribus. Quae cum audisset tur-  
bata est in sermone eius, & cogitabat qualis ista esset  
salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria:  
inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies  
in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ie-  
sum. Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur.  
Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius,  
& regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius  
non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum:  
quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.  
Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus super-  
perueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.  
Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Fi-  
lius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa  
concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus  
est illi, quae vocatur sterilis: quia non erit im-  
possibile apud Deum omne verbum. Dixit  
autem Maria: Ecce ancilla Domini  
fiat mihi secundum verbum  
tuum. & cæt.

\* \*

CAPVT